



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus  
Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua  
distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

Dispositio ad montis ascensum, est dissidentia sui, & confidentia in Deum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

TEXTVS DECIMVS  
QVINTVS.

*Et apparuit gloria Domini super Sinai tegem  
illum nube sex diebus.*

**Dispositio ad montis ascensum est, dissidentia  
sui & confidentia in Deum.**

**D**e nube & igne etia docu-  
en-  
**S**ine Christi auxilio oratione fore ina-  
gem.

**A** T hęc quid ad orationem faciū-  
mūlū sane: antequā enim Moyses ad  
cacumen montis perveniret operuit nubes inten-  
tem, & apparuit gloria Domini super Sinai, tegens  
illum nube, sex diebus. Septimo autem die vocauit  
Dominus illum de medio caliginis, quam nubes  
illa inducebat. Tegit ergo nubes montem  
initio mentalis orationis, aut cūm artem  
orandi discimus, ut intelligamus omne stu-  
dium nostrum cum Deo conversandi parūm  
nobis prodesse posse, nisi Christus, qui se mu-  
bem fecit, & divinitatem suam mortalitatis  
nostrę nube contexit, orantem operiat, ora-  
tionem dirigat; ab hoste in varias quasque  
cogitationes animum abstrahente, protegat.  
Bonum est sanè hac nube contegi atque in-  
volvi, reque ipsa de viribus nostris desperare,  
& ipso invocato totam spem nostram in co-  
reponere. Huic sapientissimè Ecclesia sacerdoti  
ad singulas orationes quibus Deum inter-  
pellat

pellat, subiicit, per Dominū nostrum Iesū Christum Filium tuum. feliciter profectō precātur, qui hac nube asperguntur, & lacrymis silantibus ascensiones vltiores disponunt ad montis cacumen, & intimam cum Deo vniōnem.

2. Verū satis non est spe magna extolli Diffides atque ad magna alisurgere, aliud necessariū tia nostrā est vt quantum in Dei auxilium erigimur & Dei tantū de viribus nostris diffidamus, nosq; confiden omnino tamquam nubem fragilem deprītia com-mamus. Hæc enim erat secunda nubis signi-mendatio. Inculcari satis non potest, humilitatē tur. humilesque coram altissimo atque omni-potente semper esse gratissimos. Eam verd demissionem consequemur. Si protestemur nos virgulam fumi, nubeculam, vapo-rem qui ad modicum paret; fumum obscurum & velut tenebrosum aquam in nubibus aeris, tonitrua, grandinem imbrisque passionum fulminantem. Si recordemur in guttulas pluviæ nos resolui & à terra absorberi, oportere nulla nostri memoria remanente, vitam nostram in fortunæ rotam subleuatā in terram usque demitti ac prolabi; vapores honorum ac gloriæ huius mundi tribulatio-num ac morborum ventis ita dissipari, vt ne vestigium quidē elevatae nubeculæ appareat. O beatum illum qui hæc oraturus in animo sentire

Iac. 4.15  
Psal. 17.  
12.

sentire potest, præparationem nancisci nullā potest meliorem, & quæ gressus affectusque hominis ad cacumen montis superandum fortius stabilitat ac confirmet. Vtrumque nimurum dissidentiam sui & confidentiam in Deum complectitur Rex pientissimus cū

*Psal. 83.* ait. *Beatus vir cuius est auxiliū abs te.* Non à se  
6.

*Ascensiones in corde suo dispositus.* Benè dispositus ac proposuit. Cui enim auxilium elta Deo; ille proponere potest, & disponere. Sed sine Dei benedictione bonum quidem adiacet, perficere verò non valet. Etenim cùm in Deum spem omnem conieceris, benedictionem dabit Legislator. Novamque legem cum gratia illam exequendi sufficiet. *Ibis de*

*Psal. 83.* *virtute in virtutem & videbis Deum Deorum in*  
8. *Sion.*

*Fervor in* 3. *Diximus etiam nubem lucidam esse di-*  
*oratione.* *Orandus Deus ut hęc nubes orationis nostra*  
*necessa-* *montem operiat, involvat, totumque conte-*  
*tius.* *Quid enim anima, sine nube hac ad con-*

*flammatu* *sortium cum Deo ineundū, vel ad ascensum*  
*adornandum præstare valeat. In-*  
*flammatu* *cælum penetrat, aditum ad*  
*sedē* *divinæ maiestatis parat, & læta petitio-*  
*nis suæ fructum reportat. Elias sacrificium*  
*suum aqua copiosa aspersit. Deus verò de*  
*cælo ignem demisit qui holocaustum aqua*  
*madens corripuit ac devoravit. hęc orantis*

*3 Reg. 18*  
33.

Sci nullū  
ctusque  
randum  
rumque  
entiam  
simus cū  
on à se  
dispo-  
m estā  
ponere  
quidem  
etenim  
ris, b-  
legem  
Ibis de  
rum q  
ste di-  
ntem.  
nostra  
conte  
d con-  
ensum  
t. In-  
am ad  
iticio-  
cium  
rō de  
aqua  
rants  
ell

*et figura; quem & divinorum charismatum  
imbre madere; & cælesti igne flagrare, si  
sese in holocaustum supremo numini sacri-  
ficare desiderat, necesse est.*

## TEXTVS DECIMVS SEXTVS.

*Sex diebus septimo autem die.*

*De septem rupibus seu gradibus proficien-  
tium in studio orationis.*

*Prima, quæ in die caliginis ascenditur, explicatur.*

1. **M** Agnum opus & arduum aggredi-*Septen-*  
*tur Moyses cum montem Sinaj af-<sup>rius</sup> nu-*  
*cendit septem diebus, septem quasi rupes merus, in*  
*habet superandas, præruptas, salebrosas, & Scriptu-*  
*horrore plenissimas. Quid faciet? iubetur ra cele-*  
*ascendere: ut vltima rupe superata gloriam bratur.*  
Dei videat. Sanè illi animus deesse non de-  
bet, quandoquidem ex labore suo, tantum  
honorem fructumque reportatus sit.

2. Septenarius numerus in sacris paginis *Genes. 7. 19.*  
celebris haberi solet. Ab ingressu animaliū  
in arcā, computatis septem diebus, Domi-  
nus diluvio mundum perdidit. In illam,  
animalium mundorum, septena & septena  
induci voluit. Noe post emissam primam *Genes. 8. 8.*  
columbam expectauit rursus septem alios di-

cs

V  
t-6